

Capsidae rossicae

descriptae

ab

O. M. Reuter.

1. *Miris ferrugatus* F. var. *longicornis* Reut.

Typo simillima, sed robustior, antennis pedibusque longioribus et robustioribus, antennarum articulo primo pronoto paullo longiore, secundo basi pronoti fere $2\frac{1}{3}$ longiore et margine exteriori corii paullo brevior; tertio latitudine basali communi hemielytrorum paullo longiore. ♂.

Turkestan (Dschilarik! d. 18 julii in montibus 6000—8000'), D. Prof. J. Sahlberg.

2. *Pantilius prasinus* Fieb.

Diagn.: Prasinus, sat nitidus, superne sat dense breviter nigro-pubescens, membrana virescenti-hyalina, iridescente, venis viridibus; tibiis apice tarsisque sordide virescenti-testaceis, illis nigro-spinulosis; pronoto scutelloque linea longitudinali pallidior. Long. ♂ 7 mm.

Syn.: *Conometopus prasinus* Fieb., Verh. Zool.-bot. Ges. Wien XX, p. 258. *Allorhinocoris prasinus* Reut., Hem. Gymn. Eur. V, T. X, f. 4 (nec p. 323, 1!).

Hab.: in Rossia meridionali, D. Winnertz (nec Jakovleff!); Indersk!, comm. D. Dr Puton.